Fragmentarium



cam. Pestilencie flagellato. stultus sapien
tior erit. Si autem corripueris sapientē.
intelliget disciplinam. Qui affligit patrē
& fugit matrem. ignominiosus ē & infe
lix. Non cesses fili audire doctrinam. nec
ignores sermones scientie. Testis iniquus
deridet iudicium. & os impiorum deuo
rat iniquitatem. Parata sunt derisoribꝫ
iudicia. & malleis percutientes stultorum
corporibꝫ. Luxuriosa res uinum. & tumul
tuosa ebrietas. Quicumq; his delectatur.
non erit sapiens. Sicut rugitus leonis.
ita & terror regis. Qui provocat eum. pec
cat in animam suam. Honor est homini
qui separat se a contentionibꝫ. Omis autē
stulta. miscentur contumelijs. Propter
frigus piger arare noluit. mendicabit
ḡ estate & non dabitur ei. Sicut aqua p
funda. sic consilium in corde uiri. Sḥ homo
sapiens exhauriet illud. Multa hominum
misericordes uocantur. uirum autem fi
delem quis inueniet. Justus qui ambu
lat in simplicitate sua. beatos post se filios
derelinquet. Rex qui sedet in solio iudicij.
dissipat omne malum intuitu suo. Quis
potest dicere mundum ē cor meum. pur
gatum a peccato. Pondus & pondus. men
sura & mensura. utrumq; abhominabile
est apud dñm. Ex studijs suis intelligatur
puer. si munda & recta sint opa ei. Aurē
audientem & oculum uidentem. dominꝰ
fecit utrumq;. Noli diligere somnum. ne
te egestas opprimat. Apri oculos tuos. &
saturare panibus. Malum est malum
est. dicit omnis emptor. & cum recesse
rit tunc gloriabitur. Aurum & multitu
do gemmarum. & uas pretiosum. labia
sapientie. Tolle uestimentum eius qui fi
deiussor extitit alieni. & p extraneis au
fer pignus ab eo. Suauis est homini pa
nis mendacij. & postea implebitur os ei
calculo. Cogitationes consilijs roborabun
tur. & gubernaculis tractanda sunt bella.
Et qui revelat mysteria & ambulat fraudu
lenter. & dilatat labia sua. ne commiscea
ris. Qui maledicit patri suo & matri. extin
guetur lucerna eius in mediis tenebris.
Hereditas ad quam festinatur in principio.
in nouissimo benedictione carebit. Ne di
cas reddam malum. expecta dñm & libe
rabit te. Abhominatio apud dñm. pondus
& pondus. Statera dolosa. non ē bona. A
domino gressus uiri diriguntur. Quis au
tem hominum intelligere potest uiam
suam. Ruina ē hominu deuorare sctos.
& post uota tractare. Dissipat impios rex
sapiens. & inuoluat sup eos fornicē. Lucer
na dominꝰ spiraculum hominis. que in
uestigat omnia secreta uentris. Misericordia &
ueritas custodiunt regem. & roborat cle
mentia thronus eius. Exultatio iuuenū
fortitudo eorum. & dignitas senum can
cies. Liuor uulneris abstergit mala. &
plage in secretioribꝫ uentris. Sicut diuisi
ones aquarum. ita cor regis in manu dñi.
Quocumq; uoluerit inclinabit illud. Omnis
uia uiri recta sibi uidetur. appendit au
tem corda dominus. Facere misericordiam &
iudicium magis placet domino. quam
uictime. Exaltatio oculorum & dilatio cor
dis. lucerna impiorum peccatum. Cogita
tiones robusti semp in habundantia. Omnis
autem piger semp in egestate ē. Qui con
gregat thesauros lingua mendacij. uani
& extortos ē. & impingetur ad laqueos
mortis. Rapine impiorum detrahent eos.
quia noluerunt facere iudicium. Pōdus
uia uiri aliena ē. Qui autem mundus ē.
rectum opus eius. Melius est sedere in
angulo tecti. quam cum muliere

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/7, fol. [1] r – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-j2i3/6669/56339)